

Parochialibus Ecclesiis, et specialiter partibus Sarracenorum vicinis, saltem quater in anno, solenniter publicetur.

XXIII.

De adulteriis.

Lex continentiae, et tori conjugalis fidelitas quandoque per concubinarum abusum, quandoque, per factas (secundas) nuptias (a), quas plerique de facto, cum de jure non possunt, contrahunt contra Legis Divinae praecepta, indebite violatur. Ideoque statuimus, ut quicumque conjugatus concubinam publice detinere praesumpserit, vel conjugatus, aut non conjugatus, consanguineam, aut Sanctimoniam (b), vel alteri conjugatam, seu conjugatus, aut non conjugatus, concubinam infidelem praesumpserit delinere, tam ipsi, quam ipsae eo ipso sententiam excommunicationis incurrant. Praelati vero sententiam hujusmodi in Ecclesiis saepius faciant publicari.

XXIV.

De raptoribus.

Exsecrabilem quorundam Christianorum abusum, quo nonnulli Christianos rapiunt, vel furantur, et eis Sarracenis vendunt, aut alias (aliter) quomodocumque tradunt, abhorrentes; statuimus, ut nullus Christianus praedicta, vel aliquid praedictorum exercere audeat; alioquin in sententiam excommunicationis incidat ipso facto, a qua (et quod postquam) etiam postquam a dicta sententia absolutus fuerit, nisi prius satisfecerit, careat Ecclesiastica sepultura.

Praelatis autem sub interminatione Divini iudicii praecipimus, et mandamus, ut filios eorum, videlicet qui praedictis modis subtractos Sarracenis tradunt, cum effectu usque ad tertiam generationem ad Sacros Ordines, et Ecclesiastica Beneficia non admittant. Sententia vero hujusmodi in Cathedralibus, et Parochialibus Ecclesiis, maxime partibus Sarracenorum vicinis, saltem quater in anno sollemniter publicetur.

Ex frequentibus Praelatorum querelis percipimus, quod nonnullae Religiosae personae, exemptae, et non exemptae, Ecclesias, ac decimas, et alia Ecclesiarum, et Praelatorum bona, mobilia, et immobilia, cum (tam) notabili laesione violenter usurpant, et injuste detinent occupata. Ut igitur tales injuriatores poena puniantur canonica, et Ecclesiae ab injuriis, ac molestiis releventur; praecipimus, ut Praelati Constitutionem felicitis recordationis Domini Clementis Papae V. quae incipit, *Religiosi*, contra tales in Ecclesiis suis publicari faciant diebus Dominicis, et Festivis, et incidentes

(a) Debe suponerse que hablan los Padres en el sentido de vivir la primera muger. Ademas es muy probable que esté vi ciado este período.

(b) Lo de cursiva no se lee en los impresos.

les y parroquias, y con mas especialidad en los pueblos fronterizos á los sarracenos.

XXIII.

De los adulterios.

La ley de continencia y la fidelidad del lecho conyugal se violan con frecuencia, unas veces por causa de las concubinas, y otras por contraer segundas nupcias, sino de derecho, porque no puede ser, al menos de hecho, contraviniendo de este modo á los preceptos de la ley divina. Y por lo tanto establecemos, que el casado que públicamente tuviere manceba, ó el casado ó soltero que cohabitase con parienta, monja, ó casada con otro, ó el casado ó soltero que tuviere barragana infiel, unos y otros queden por ello escomulgados. Los prelados harán publicar con mucha frecuencia esta determinacion en las iglesias.

XXIV.

De los raptos.

Teniendo un grande horror al execrable abuso de algunos cristianos, en virtud del cual roban las personas de otros de la misma comunión, y las venden, ó de cualquier otro modo las entregan á los sarracenos, establecemos que nadie lo ejecute; y quien lo hiciere quede escomulgado ipso facto; y aun despues de haber sido absuelto, no se le conceda sepultura eclesiastica, si antes no ha dado satisfaccion.

Mandamos á los prelados, conminándolos con el juicio divino, que no admitan á los hijos de los que del modo referido hayan entregado á los sarracenos las personas robadas, hasta la cuarta generacion, ni á las sagradas órdenes, ni para los beneficios eclesiasticos. La sentencia acerca de esto se publicará al menos cuatro veces al año en las catedrales y parroquias, y en especial en los pueblos próximos á los dominios de los sarracenos.

Sabemos por las frecuentes quejas de los prelados, que algunas personas religiosas exentas y no exentas, usurpan violentamente, con notable perjuicio de la iglesia, y con injusticia detentan las iglesias y diezmos y otros bienes muebles é inmuebles de estas y de los prelados. Y para que semejantes transgresores sean castigados con la pena canónica, y se libre á las iglesias de las injurias y molestias, mandamos que los prelados hagan publicar en sus iglesias en los domingos y fiestas la constitucion del papa Clemente V, de feliz memoria, que empieza *RELIGIOSI*, en contra de los mismos, y á los

in ejusdem Constitutionis poenas excommunicatos, et suspensos nominatim faciant publice denunciari.

que incurran en las penas que marca la citada constitucion hagan que sean denunciados públicamente y por su nombre como escomulgados y suspensos.

XXV.

XXV.

De sortilegiis.

De los sortilegios.

Cum sortilegorum, maleficorum, incantatorum, divinatorum, superstitiosa pernicies sit reprobata a Jure Canonico, et Civili, et in his a pluribus excedatur, praesenti Constitutione firmiter inhibemus, ne aliqui ad hujusmodi sortilegos, maleficos, incantatores, divinatores accedere, aut ab eis super his, vel aliorum actibus consilium petere praesumant; alioquin tam ipsi, quam ab eis consilia requirentes, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant. Inhibemus insuper sub excommunicationis poena, ne aliquis intendat (*attendat*) auguriis aut in agendis secundum augurum consilia dirigatur. Praelati vero, et Praedicatores verbi Dei in suis sermonibus auguria dissuadeant omnibus Christianis.

Estando reprobada por el derecho civil y canónico la perniciosa supersticion de los sortilegos, hechiceros, encantadores y adivinos, y como que muchos cometen escesos en este particular, prohibimos firmemente por esta constitucion, que nadie se atreva á aproximarse á ellos, ó á consultarles sobre estas cosas ó sobre los actos de otros: y si lo hacen, unos y otros queden por ello escomulgados. Prohibimos ademas bajo pena de escomunión que nadie dé crédito á los agüeros, ni se rija por el consejo de los agoreros en lo que tenga que hacer. Los prelados y los predicadores de la palabra de Dios desengañarán á los cristianos en sus sermones sobre la falsedad de los agüeros.

XXVI.

XXVI.

De purgatione canonica.

De la purgacion canónica.

Cum Sanctorum Patrum statuta praecipiant, ut Ecclesia in suis actibus mature procedat; statuimus, ut purgatio canonica in causis sacrilegiorum, vel aliis quibuscumque, nullatenus judicetur, (*indicatur*) nisi tali casu pro quo de jure sit purgatio inducenda.

Como que mandan los estatutos de los Santos Padres que la iglesia proceda con madurez en sus actos, establecemos que de modo ninguno se ordene la purgacion canónica en las causas de sacrilegio ni en otras, sino cuando el derecho lo manda.

La purgacion canónica se hacia prestando el acusado juramento solemne ante un altar ó sobre los evangelios, de estar inocente: ademas se llamaba *juicio de Dios*, segun ya tenemos advertido. Acaso pudo contribuir para que se abrogase en este concilio la purgacion vulgar el caso sucedido en el año 1312. de que Doña Maria, muger de Don Sancho, hijo del Infante Don Pedro, nieto del Rey Don Alonso el Sabio, no quiso tomar el yerro caliente, despues de haber prometido esponerse á esta prueba, en crédito de que un mozo que se intitulaba hijo de Don Sancho, lo era suyo, habido en el matrimonio contraido con él (a).

a) Crónica de Don Fernando IV. cap. 63.

que ibant en las penas de excomulgacion
condicion para que sean denunciados publicamente
y por su nombre excomulgados y
castigados.

en algunas Constituciones de las excomulgaciones
de algunas naciones las penas de excomulgacion
condicion para que sean denunciados publicamente
y por su nombre excomulgados y
castigados.

XXVII.

De purgatione vulgari.

XXX

Vulgaris purgationis abusum per Canones interdictum, quo suspecti de criminibus ad se purgandum ferrum candens, vel aquam ferventem accipiunt, detestantes; statuimus, ut mandantes talem purgationem fieri, tenentes, exhibentes, custodientes, accipientes, ad hoc ferrum, vel aquam hujusmodi; cum (*cum his Deus*) in his Dominus tentari videatur, et innocentes in hujusmodi purgationibus sine demerito puniantur, in sententiam excommunicationis incidant ipso facto, et nihilominus saepius excommunicati publice nuncientur.

XXVIII

De poenitentia.

Poenitentiae Sacramentum, quo omni Fidei, postquam ad annos discretionis pervenerit est necessarium ad salutem, a nullo est aliquantulum negligendum. Ideoque universis Ecclesiarum Rectoribus sub poena excommunicationis dictrictae praecipiendo mandamus, ut Constitutionem Generalis Concilii, quae incipit, *Omnis utriusque sexus*, maxime quoad poenas non confitentium, aut non communicantium, quae sunt, ut viventes ab ingressu Ecclesiae arceantur, et morientes careant Ecclesiastica sepultura. Singulis Dominicis diebus, a Septuagesima saltem usque ad Pascha, in suis Ecclesiis publicetur, et in aliis etiam locis ubi hoc viderint expedire.

De la purgacion vulgar.

XXX

Detestando el abuso prohibido por los cánones, en virtud del cual los sospechosos de crímenes toman para purgarse de ellos un hierro candente, ó se meten en agua hirviendo, mandamos que incurran ipso facto en excomunion, y ademas se anuncie muchas veces en público como escomulgados, á los que ordenan semejante purgacion, y á los que tienen, exhiben, custodian, y reciben para este objeto el yerro ó el agua en tal estado; puesto que parece que con ello tientan á Dios, y son castigados sin razon en estas purgaciones los inocentes.

XXVIII.

De las penitencias.

Nadie debe despreciar el sacramento de la penitencia, que es necesario á todo fiel para salvarse, despues de haber llegado á los años de la discrecion. Por lo tanto mandamos con entereza á todos los rectores de iglesias bajo pena de excomunion, que en todos los domingos desde septuagésima al menos hasta pascua se publique en las iglesias, y en otros parages en donde pareciere conveniente, la constitucion del concilio general que empieza *OMNIS UTRISQUE SEXUS*, y en especial lo relativo á las penas de los que no confiesan ó no comulgan, que consisten, en no permitirles en vida la entrada en la iglesia, y en muerte privarles de sepultura eclesiástica.

CONCILIO DE TOLEDO

del año 1323.

Cuanto pudiera decirse de este concilio seria enteramente ocioso ; pues no hallándose casi noticias de él, sino las que algunos autores dan muy de paso, su historia quedará reducida á lo que arrojan de sí sus determinaciones. No se celebró, como han escrito Mariana y otros, en el año 1322, sino al siguiente: fué presidido por el Infante Don Juan, arzobispo de Toledo, primado de las Españas y canciller de Castilla.

Sus dieziocho cánones son en extremo interesantes ; y contra la costumbre de los sínodos anteriores que solo se ocupan de materias disciplinares, este pone en la constitucion primera una instruccion acerca de los principales artículos de fe, sacramentos, mandamientos, y nombres y número de las virtudes y vicios.

Como que no se ha encontrado este concilio en ninguna otra parte, sino en un manuscrito del Marqués de Mondejar, no ha podido cotejarse con ningun otro: por lo que no se ha aclarado algun pasage que otro, que parece y en realidad es oscuro.

Las constituciones son las siguientes:

- I. *Instructio Articulorum Fidei, Sacramentorum Ecclesiae, Praeceptorum Decalogi, virtutum, et viti-
torum.*
- II. *De consuetudine.*
- III. *De officio Archipresbyteri.*
- IV. *De Clericis peregrinis sine literis non re-
cipiendis.*
- V. *De officio Ordinarii.*
- VI. *De testibus.*
- VII. *De vita, et honestate Clericorum.*
- VIII. *De Clericis coniugatis.*
- IX. *De Clericis non residentibus in Ecclesia,
vel praebenda.*
- X. *De praebendis.*
- XI. *De sepulturis.*
- XII. *De Parochiis, et alienis Parochianis.*
- XIII. *De Decimis.*
- XIV. *De celebratione Missarum.*
- XV. *De Baptismo, et ejus effectu.*
- XVI. *De Reliquiis, et veneratione Sanctorum.*
- XVII. *De Ecclesiis aedificandis.*
- XVIII. *De poenitentiis, et remissionibus.*

- I. *Instruccion de los articulos de Fe, sacra-
mentos de la iglesia, preceptos del Decálogo, virtudes
y vicios.*
- II. *De la costumbre.*
- III. *Del officio del arcipreste.*
- IV. *Que no se admita sin letras á los clérigos
peregrinos.*
- V. *Del officio del ordinario.*
- VI. *De los testigos.*
- VII. *De la vida y honestidad de los clérigos.*
- VIII. *De los clérigos casados.*
- IX. *De los clérigos que no residen en la iglesia
ó prebenda.*
- X. *De las prebendas.*
- XI. *De las sepulturas.*
- XII. *De las parroquias, y de los feligreses
agenos.*
- XIII. *De los diezmos.*
- XIV. *De la celebracion de las misas.*
- XV. *Del bautismo y de su efecto.*
- XVI. *De las reliquias y de la veneration de los
santos.*
- XVII. *De la construccion de iglesias.*
- XVIII. *De las penitencias y remisiones.*

PRAEFATIO.

PREFACIO.

Joannes miseratione Divina Toletanae Ecclesiae
Archiepiscopus, Primas Hispaniarum, ac Regni
TOMO III.

Juan por la divina misericordia, arzobispo de
Toledo, primado de las Españas, y canciller de

Castellae Cancellarius, Venerabilibus, ac discretis Decano, et Capitulo, et toti Clero, et Religiosis ejusdem Dioecesis, salutem in Domino sempiternam. Inscrutabilis Filii Dei providentia militantem fundans Ecclesiam Sponsam suam, Petrum a petra soliditatis protulit in Pastorem, ut unicam opere, de qua Spiritus Sanctus praedixerat: *Una est columba mea*; et firmam nomine, pro qua ipse rogarat Patrem, ne deficeret, demonstraret eandem. Caeteri namque Apostoli, in quorum locum surrexerunt Episcopi, etsi pari consortio cum eodem Petro honorem, et potestatem acceperint; administratione tamen minores existunt, ut quod ille per rationem rectitudinis agat in potestatis plenitudine, isti in partem sollicitudinis immitterentur; et prout causa, locus, tempus, seu persona exegerit, exsequantur. Sane ad hanc partem idem Filius Dei pridem, licet immeritum, evocans, sic sua ineffabili clementia illustravit cor nostrum, ut pro illius imitatione fructuosa, et executione onerosa, noctes fere insomnes, plerumque ducamus; circa quod eo vigilantius, et ardentius, ipso praestante, afficimur, quo propter numerositatem plebis, et dilationem partis, nos magis noscimus obligatum.

Ut igitur evellendo, dissipando, aedificando, et plantando, juxta traeditae nobis dispensationis officium, sic salubriter, sic operose agamus, ut in die retributionis extremae sanguis ejusdem plebis non exigatur a nobis; sed potius in excelsis fructus noster respondeat inter illos, quorum in Terris fungimur potestate; congregavimus Synodum apud Toletanam Civitatem, infrascripta cum magna maturitate inibi recensentes, quae per vos irrefragabiliter volumus observari. Datum apud eandem Civitatem XVIII. die mensis Maji, anno Domini 1323.

I.

Instructio Articulorum Fidei, Sacramentorum Ecclesiae Praeceptorum Decalogi, virtutum, et vitiorum.

Summa totius disciplinae Christianae (ut ait Augustinus) est in Fide, et moribus. Ideoque volentem aeternam salutem adipisci, oportet eruditum esse de Fide, et moribus. Fides igitur continetur in credulitate Articulorum, et Ecclesiasticorum Sacramentorum; mores autem in Praeceptorum observatione, virtutum acquisitione, et vitiorum devitatione. Quae omnia, ut clarius pateant, oportet districte, et sub certo numero explicare. Scendum est igitur, quod Articuli Fidei sunt XIV. quorum primi septem pertinent ad Divinitatem, alii vero septem ad Christi Humanitatem.

Castilla, á los venerables y discretos Dean y cabildo y á todo el clero y personas religiosas de la misma diócesis, salud eterna en el Señor. Al fundar la inescrutable providencia de Dios la iglesia militante, su esposa, puso por pastor á Pedro en consideracion á la solidez de la piedra, como la única por la escelencia de la obra, de la que ya habia antes dicho el Espiritu Santo, *una sola es mi paloma*; y firme en consideracion al nombre, en favor de la cual Cristo habia rogado al Padre, que no faltase. Porque los demas apóstoles, en cuyo lugar han sucedido los obispos, aunque hubieran recibido honor y potestad iguales á Pedro, sin embargo su administracion es menor; de modo que lo que este ejecuta por razon de la rectitud en la plenitud de la potestad, aquellos lo hacen en parte de la solicitud; y lo practican segun la causa, lugar, tiempo ó persona exigen. En efecto, el mismo Hijo de Dios, llamándonos á esta parte, aunque sin merecerlo, de tal manera ilustró nuestro corazon con su clemencia inefable, que por su imitacion fructifera y ejecucion penosa pasamos las mas de las noches sin dormir: lo que segun el mismo nos corresponde ejecutar con mas vigilancia y ardor, por cuanto nos reconocemos mas obligados, atendiendo á la inmensidad de la plebe y á la estension del territorio.

Y para que arrancando, dissipando, edificando y plantando, en virtud del oficio de la dispensacion concedida á nosotros, obremos tan saludable y fructuosamente, que en el dia de la última retribucion no se nos pida cuenta de la sangre de la misma plebe, sino que mas bien en las alturas nuestro fruto iguale al de aquellos, cuya potestad gozamos en las tierras; hemos convocado este concilio en la ciudad de Toledo, examinando en él con gran madurez las constituciones infrascriptas, las que queremos sean observadas irremisiblemente por nosotros. En Toledo á 18 de mayo del año del Señor 1323.

I.

Instruccion de los articulos de fe, sacramentos de la iglesia, preceptos del Decálogo, y virtudes y vicios.

El compendio de toda la disciplina cristiana, como dice San Agustin, estriba en la fe y costumbres: y por lo tanto, conviene que quien desee alcanzar la salvacion eterna se halle instruido en ambas. La fe se halla contenida en la creencia de sus artículos y en la de los sacramentos eclesiásticos; y las costumbres en la observancia de los preceptos, adquisicion de las virtudes, y evitacion de los vicios. Todo lo cual, á fin de que se entienda mejor, conviene esplicarlo con claridad, y reducirlo á número determinado. Debe pues saberse que los artículos de fe son catorce, los siete primeros corresponden á la divinidad, y los otros siete á la humanidad de Cristo.

Primus Articulus est, quod Deus est unus in essentia. Secundus, quod in hac una Divina essentia Pater est Deus a nullo genitus, aut procedens. Tertius est, quod Filius est a Patre genitus. Quartus, quod Spiritus Sanctus est Deus a Patre, et Filio non genitus, sed procedens; et sic eadem essentia Divina sunt tres Personae inter se distinctae, sed in essentia Divinitatis unitae. Quintus, quod ipse unus Deus in Trinitate existens est Creator omnium rerum visibilium, et invisibilium. Sextus, quod ipse justificat, vel remittit peccata, gratiam conferendo. Septimus, quod ipse remunerat, aeternam gloriam tribuendo.

Alii vero septem pertinent ad Christi Incarnationem, et Humanitatem. Primus est, quod Filius Dei fuit conceptus absque virili semine per operationem Sancti Spiritus de Beata Maria Virgine. Secundus, quod fuit natus de Maria Semper Virgine. Tertius, quod fuit pro nobis passus, crucifixus, mortuus, et sepultus. Quartus, quod descendit in anima ad inferos, ut liberaret Sanctos ibi existentes. Quintus, quod tertia die resurrexit a mortuis. Sextus, quod ascendit ad Coelos post quadraginta dies a Resurrectione, et sedet ad dexteram Patris. Septimus, quod est venturus iudicare in fine mundi vivos, et mortuos, largiturus malis poenam perpetuam, bonis vero gloriam sempiternam.

Sacramenta ecclesiae sunt septem. Primum Baptismus, per quem homo efficitur Christianus. Secundum Confirmatio per quod in Fide roboratur, et debet semel suscipi ab omnibus, cum oportunitas se offerat eis. Haec duo non debent iterari. Tertium Eucharistia in qua verum Corpus et verus Sanguis Domini continentur, et debet sumi saltem semel in anno, scilicet ante Pascha. Quintum Matrimonium, quod debet recipi in facie Ecclesiae ab his, qui in statu conjugali volunt permanere. Sextum Ordo, qui debet conferri ab Episcopis, his qui volunt clericari. Septimum Extrema-unctio, valens ad venialem deletionem.

Praecepta divina sunt decem. Quorum tria primae tabulae pertinent ad dilectionem Dei; reliqua vero septem secundae tabulae ad proximi dilectionem. Primum ergo praeceptum, quod homo habeat, et colat solum unum Deum. Contra quod praeceptum faciunt omnes incantatores, divini, sortilegi, augures, et somnia observantes. Secundum, non jurabis in vanum. Contra hoc faciunt falsum, vel sine causa jurantes. Tertium, quod homo colat diem Dominicum. Contra quod faciunt om-

El artículo primero es que Dios es uno en esencia. El segundo, que en esta única esencia divina, el Padre es Dios, por nadie engendrado, ni de nadie procedente. El tercero, que el Hijo fué engendrado por el Padre. El cuarto, que el Espíritu Santo es Dios, no engendrado por el Padre ni por el Hijo, sino procedente de ambos; y de este modo la misma esencia divina son tres personas distintas entre sí, pero unidas en la esencia de la Divinidad. El quinto, que el mismo único Dios que existe en la Trinidad es el Criador de todo lo visible é invisible. El sexto, que justifica, ó que perdona los pecados, dando la gracia. El séptimo, que es remunerador, concediendo la gloria eterna.

Los otros siete pertenecen á la Encarnacion y Humanidad de Cristo. El primero es, que el Hijo de Dios fué concebido sin semen viril por obra del Espíritu Santo de la Virgen Maria. El segundo, que nació de Maria siempre Virgen. El tercero, que por nosotros padeció, fué crucificado, muerto y sepultado. El cuarto, que bajó en alma á los infiernos, para libertar á los Santos que allí estaban. El quinto, que al tercero dia resucitó de entre los muertos. El sexto, que subió á los cielos cuarenta dias despues de su Resurreccion, y que está sentado á la derecha del Padre. El séptimo, que al fin del mundo vendrá á juzgar á los vivos y á los muertos, para dar á los buenos la gloria eterna, y á los malos pena sin fin.

Los sacramentos de la iglesia son siete. El primero, el bautismo; por el que el hombre se hace cristiano. El segundo, la confirmacion, por la que se robustece en la fe; y debe recibirse una vez por todos, cuando se les presentare ocasion. Estos dos sacramentos no deben reiterarse. El tercero, es la eucaristia, en la que se hallan contenidos el verdadero Cuerpo y la verdadera Sangre del Señor, y deben al menos recibirse una vez al año, (a) en Pascha. El quinto, es el matrimonio, el cual debe contraerse ante la faz de la iglesia, por los que quieren vivir en el estado conyugal. El sexto, es el órden, que debe conferirse por los obispos á los que quieren ser clérigos. El séptimo, es la extrema-uncion, que aprovecha para borrar los pecados veniales.

Los preceptos divinos son diez: de los cuales los tres de la tabla primera pertenecen al amor de Dios; y los otros siete de la segunda tabla á la caridad con el prójimo. El primer mandamiento consiste en que el hombre crea y dé culto á un solo Dios; contra cuyo precepto pecan todos los encantadores, adivinos, sortilegos, agoreros, y los que creen en los sueños. El segundo, no jurar en vano: al que contraviene los que juran en falso sin causa. El tercero, santificar el dia del Señor;

(a) No se habla del sacramento de la penitencia que debería ocupar el cuarto lugar: y se pasa desde el tercero al quinto: creemos sea una omision del Cardenal de Aguirre,

ó del manuscrito del Marqués de Mondejar: aunque si fuera así, Aguirre lo habria anotado.

nes qui Dominica die, vel alia Festivitate ab Ecclesia solemniter instituta, sine causa necessaria laborant in artificiis, vel in agricultura, vel etiam, qui forum tenent, et qui non audiunt Missam, legitimam non habentes excusationem. Quartum, quod filii debent honorare parentes suos tam carnales, quam spirituales. Contra hoc faciunt patri, vel matri maledicentes, vel eos vituperantes, aut in necessitate victualia non ministrantes eisdem. Quintum, quod non debet homo aliquem occidere facto, consilio, vel auxilio. Contra quod faciunt curantes abortum, et contra proximum rancorem tenentes. Sextum, quod non faciant adulterium. Contra hoc faciunt quicumque non suam cognoscentes rem, et quivis habens quocumque modo illicitum tactum, vel inhonestum. Septimum, quod non faciant furtum. Contra quod faciunt omnes usurarii, et raptores, et omnis fraudulentus, aut inique vendentes, aut ementes primitias, decimas, et jura Ecclesiae, vel aliis debita retinentes. Octavum, quod non fiat falsum testimonium. Contra hoc faciunt omnes diffamantes, et ubi testimonium veritatis debet ferri, non dicentes. Nonum, quod uxor proximi non debet concupisci. Contra hoc faciunt omnes videntes mulierem aliquam ad concupiscendum, et etiam omnes ornantes, aut ostentantes se, ut ab aliis concupiscantur. Decimum, quod nulla res proximi debet concupisci. Contra quod faciunt, qui cum malis astutiis, aut oppressionibus ad vendendum sua volunt et aliis violentare.

Virtutes sunt septem, quarum quatuor dicuntur Morales, vel Cardinales; quia in eis tota vita hominis debet tamquam porta in cardine versari, et circumvolvi, scilicet: Prudentia, ad quam pertinet recte eligere, quid agendum. Justitia, ad quam pertinet exhibere, seu reddere unicuique, quod est ei reddendum. Temperantia, ad quam pertinet passiones suas concupiscibiles moderari, et temperari. Fortitudo, ad quam pertinet in bono rationis perseveranter, et fortiter stare, nec propter ullum timorem dimittere.

Tres vero sunt Virtutes Teologicae, sive Divinae, quae sic nominantur, quia directe, et immediate ordinant hominem ad Deum, et in Deum. Scilicet Fides, per quam quidem homo credit in Deum. Caritas, per quam summe diligit Deum, et etiam proximum suum sicut se ipsum, propter Deum. Spes per quam tendit in Deum, tamquam in bonum suum beatificum, quod sperat adipisci.

Vitia seu crimina capitalia sunt septem. Superbia, Avaritia, Luxuria, Ira, Gula, Invidia, Accidia. Septem autem virtutes his vitiis oppositae

contra el que pecan los que en Domingo ó en las otras festividades instituidas solemnemente por la iglesia, trabajan sin necesidad en sus oficios, en la agricultura y tambien en el comercio, y los que no oyen misa, no teniendo legítima excusa para omitirlo. El cuarto, que los hijos honren á sus padres, tanto á los carnales, quanto á los espirituales: pecan contra este precepto los que maldicen á su padre ó madre, ó los afrentan, ó hallándose necesitados no los alimentan. El quinto, que el hombre no mate á otro en realidad, ni dé consejo ó auxilio para ello: al que contravienen los que procuran el aborto, y los que tienen rencor al prójimo. El sexto precepto consiste en no cometer adulterio: pecando contra este mandamiento los que no cohabitan con su mujer (a), y los que de cualquier modo que sea tienen tocamientos ilícitos y deshonestos. El séptimo, que no se cometa hurto: en contra del cual pecan todos los usureros, ladrones, y defraudadores, y los que inicua-mente venden y compran las primitias, diezmos y los derechos de la iglesia, y tambien los que retienen lo ageno. El octavo es no levantar falso testimonio: el que violan los difamadores, y los que no atestiguan verdad cuando debe prestarse. El noveno consiste en no codiciar la mujer agena: contra cuyo mandato delinquen todos los que al ver una mujer de otro la desean, y tambien los que se adornan y componen para que otros los deseen. El décimo, que no se codicie ninguna cosa del prójimo: contra el que pecan los que emplean malas artes ú opresiones para que les vendan lo suyo, ó violenten á los otros.

Las virtudes son siete, cuatro que se llaman morales ó cardinales, porque toda la vida del hombre se apoya en ellas como la puerta en el quicio, á saber, la prudencia, á la que corresponde hacer buena eleccion de lo que deba practicarse: la justicia, en dar á cada cual lo suyo: la templanza, que tiene obligacion de moderar y apaciguar las pasiones de la concupiscencia. Y la fortaleza, que se ocupa en perseverar, é insistir fuertemente en lo bueno, y no desistir por ningun temor.

Las virtudes teologales ó divinas son tres; se llaman asi porque directa é inmediatamente conducen al hombre á Dios. La fe, por lo que el hombre cree en Dios: la caridad, en virtud de la cual ama á Dios en extremo, y al prójimo como á sí mismo por respeto á Dios: la esperanza, por cuyo medio se dirige á Dios, como á su bien beatífico, que debe lograr.

Los vicios ó crímenes capitales son siete. Soberbia, avaricia, lujuria, ira, gula, envidia y pereza. Las virtudes opuestas á estos vicios son tambien

(a) Parece que debe en el testo latino faltar algo: pues no es adulterio no cohabitar con su propia mujer, sino irse con otra.

sunt. Humilitas, Largitas, Castitas, Mititas, Sobrietas, Benevolentia, Constantia.

siete, á saber, humildad, largueza, castidad, dulzura, sobriedad, benevolencia y constancia.

II.

II.

De consuetudine.

De la costumbre.

Consuetudinem, quod Clericus post distributionem fructuum terram decedens facit eos suos in illis tantum fructibus, qui supersint, solutis debitis, si qua sint, et his quae fuerint necessaria officio, seu oneri ad novos incumbenti fructus, locum habere sancimus.

Aprobamos la costumbre de que el clérigo que muere despues de la distribucion de los frutos, deje para el sucesor los que restan, si quedan algunos, pagadas que sean las deudas, y los que fueren necesarios para cumplir con el oficio ó carga hasta la recoleccion de los nuevos.

III.

III.

De officio Archipresbyteri.

Del oficio del arcipreste.

Nedum canones, sed stylus Curiae matrimoniales causas cum committat Episcopis majoribus annumerare videntur, quae cum compositionis, seu dispensationis non admittant remedium, sed secundum Juris rigorem debeant judicari, non expedit earum iudices, ne caecus caeco ducatum praebet, ut jam factum novimus, statuta Canonum ignorare. Ideoque praecipimus, ut aliquis Archipresbyter, vel quivis alius Ius ignorans canonicum, de praedictis causis se nullatenus intromittat.

No solo los cánones, sino la práctica de la curia, al encargar las causas matrimoniales á solos los obispos, parece que las cuenta entre las mayores; para cuya decision, como que no admiten el remedio de la composicion ó dispensa, puesto que deben fallarse segun el rigor del derecho, conviene que sus jueces sepan los estatutos de los cánones; no suceda, como ya ha acontecido, que un ciego se haga conductor de otro ciego: y por lo tanto mandamos, que ningun arcipreste, ni nadie que ignore el derecho canónico, se entrometa á fallar semejantes causas.

IV.

IV.

De clericis peregrinis sine Literis non recipiendis.

Que sin letras no se admita á los clérigos peregrinos.

Experientia novimus instructi, plerosque alienigenas, alios non promotos, alios criminosos, alios irregulares, alios apostatas, alios exemptos, suspensos, vel interdictos in nostra Dioecesi celebrare.

La esperiencia nos ha enseñado que en nuestra diócesis celebran muchos forasteros, otros no promovidos, algunos criminales, ciertos irregulares, apóstatas, exentos, suspensos y hasta entredichos.

Volentes igitur, ut tenemur, periculis obviare, statuimus, quod quicumque Clericorum saecularem alienigenam absque nostra licentia ad celebrandum publice admiserit, vel ei ornamenta Ecclesiae ministraverit, centum morapetitorum poenam nobis applicandam incurrat.

Y queriendo, en cumplimiento de nuestra obligacion, conjurar estos peligros, establecemos, que cualquier clérigo que sin licencia nuestra admitiere públicamente á celebrar á un seglar forastero, ó le prestare los ornamentos de la iglesia, para este objeto, incurra en la pena de cien maravedises, aplicables á nos.

V.

V.

De officio ordinarii.

Del oficio del Ordinario.

Statutum super publicandis populo certis diebus Articulis Fidei, Praeceptis Decalogi, Sacramentis Ecclesiae, ac speciebus virtutum, et vitiorum, de quibus supra disseruimus, et eis in vulgari et Latina lingua haerendis, pridem per Dominum Sabinensem Apostolicae Sedis Legatum editum in vir-

Mandamos que se observe como necesario á la salvacion de las almas el estatuto promulgado hace tiempo por el obispo Sabinense, (a) legado de la sede apostólica, acerca de enterar al pueblo en dias determinados de los artículos de la fe, preceptos del Decálogo, sacramentos de la iglesia, y clases

(a) Conc. de Valladolid del año 1822, cán. II.

tute obedientiae, tamquam saluti animarum necessarium praecipimus observandum.

VI.

De testibus.

Falsos testes, et quoscumque alios ad perhibendum falsum testimonium inducentes eosdem, juxta con.....Dominum Sabinensem pridem editum, excommunicationis decernimus subjacere; universis Curatis mandantes, quatenus hoc statutum singulis diebus solemnibus in Ecclesiis debeant publicare.

VII.

De vita et honestate Clericorum.

Licet generaliter tradatur, ut clericus neque comam nutriat, nec barbam; specialiter tamen, et sub poena excommunicationis praecipimus, ut quisque Presbyter, quolibet saltem mense, ne sumendo Christi Sanguinem aliquid indecens contingere possit, barbam faciat sibi radi, crines vero non protendantur notabiliter ultra aures.

Si in sortem Dei electus, ut innunt Canones, in matricula scriberetur, nullus falso (ut frequenter accidit) se Clericum affirmaret; quod fieri jubemus omnino. Ut tamen hoc non tam inviolabiliter, quam veraciter observetur; nullum promovendum de caetero, habendum volumus pro Clerico, nisi sui literam habeat.

VIII.

De Clericis conjugatis.

Etsi conjugatis Clericis, ut privilegio Innocentii, et....consilio gaudeant, tonsuram, et vestes deferre sufficiat Clericales; ubi tamen ampliori volunt immunitate gaudere, majori eos congruit honestate pollere. Jubemus itaque, ut nullus conjugatus comam, aut barbam nutriat, deauratos, aut entalliatos sotulares, tunicam cordatam, cappas, vestes virgatas, vel partitas portare, aut carnificum, seu macellariorum officium publice exercere praesumat, alioquin immunitate non gaudeat aliorum: ut in diebus Festivis cantent cum Clericis, ac in Processionibus clericaliter procedant induti. Conjugatus tonsuram sine causa propria auctoritate dimittens, immunitatem non habeat eam absque nostra resumens licentia speciali.

(a) Id. id. cán. V.

de virtudes y vicios, de lo que hemos hablado en el cánon I, y ademas que se le inculque y haga aprender en latin y en idioma vulgar todo lo expresado.

VI.

De los testigos.

Decretamos que se escomulgue á los testigos falsos y á todos los que los inducen á dar testimonio faltando á la verdad, segun la constitucion promulgada por el legado Sabinense (a): y mandamos á los curas que publiquen todos los dias solemnes el citado estatuto en sus iglesias.

VII.

De la vida y honestidad de los clérigos.

Aunque por regla general está mandado que el clérigo ni se corte el pelo ni se afeite; sin embargo, ordenamos especialmente bajo pena de escomunión, que los presbíteros se afeiten una vez al mes por lo menos, no sea que al sumir la sangre de Cristo se cometa alguna indecencia; y que no se dejen notablemente bajar los cabellos mucho mas que hasta las orejas.

Si el electo para la suerte del Señor se inscribiera en la matricula, segun ordenan los cánones, ninguno afirmaria, como frecuentemente sucede, que era clérigo, sin serlo; por lo tanto, mandamos que se matriculen. Y para que esto se observe tan inviolable como verazmente, prohibimos que ninguno que haya de ser promovido sea considerado en adelante como clérigo, sino viene provisto de cartas de su obispo.

VIII.

De los clérigos casados.

Aunque basta á los clérigos casados llevar tonsura y trage clerical para disfrutar del privilegio de Inocencio y....del consejo, sin embargo si quieren gozar de inmunidad mas amplia, conviene que usen de mayor honestidad. Por lo tanto, mandamos que ningun clérigo casado se deje crecer el cabello ó la barba, ni lleve zapatos dorados, cortados ó picados, ni túnica encarnada, ni capas, ni hábitos rayados y abiertos ó divididos en dos, ni ejerza en público el oficio de carnicero ó pescadero, porque entonces no disfrutarán de la inmunidad de los otros: que en los dias festivos canten en union de los clérigos, y que en las procesiones vayan en trage de tales. El casado que por autoridad propia y sin causa deje la tonsura, no gozará de la inmu-

nidad, ni podrá volver á abrirsela sin especial licencia nuestra.

IX.

De Clericis non residentibus in Ecclesia, vel praebenda.

Curatus ultra duos menses absque auctoritate nostra ab Ecclesia se absentans, fructus ejusdem Beneficii amittat, quamdiu absens fuerit, consociis inibi servientibus applicandos. Si autem unus fuerit, eos dispositioni nostrae servamus. Quod si ipsos, aut eorum partem propria temeritate quoquo modo receperit, excommunicationis incurrat sententiam, nullatenus, donec integre eos restituerit, absolvendus.

X.

De Praebendis.

Cupientes servitio Ecclesiarum providere, et occasione paupertatis Clericis amovere divisionem Beneficiorum, juxta Turonense Concilium, et partis eorum renuntiationem fieri prohibemus, statuentes ut, qui parti renunciaverit quantaecumque, toto careat, non habentibus integrum secundum prioritatem temporis conferendo. Si autem omnia integra fuerint, aut unum tantum, alteri idoneo conferatur. De divisís vero statuimus, ut cum vacare contigerit, priora (ut praemittitur) integrentur; quae excedentes ad praestimonialia decernimus collationem in praemissis factam aliter non valere.

XI.

De Sepulturis.

Quamquam pietatis affectu, et humanitatis intuitu liceat mortuos deplorare: excessus tamen lugubris prohibetur, quia est desperationem futurae resurrectionis habere. Illum igitur execrabilem abusum, ut cum aliquis moritur, homines, et mulieres ululando per vicos, et plateas incedant, voces horribiles in Ecclesiis, et alibi emittant, ac quaedam alia indecentia faciant ad gentilium ritum tendentia, quae non solum Fidelium corda pungunt, sed Divinae oculos majestatis offendunt, penitus reprobamus; expressius autem ea Clericis sub poena excommunicationis interdicentes praecipimus, ne, tempore dumtaxat exequiarum excepto, vestes lugubres portent; nisi pro patre, matre, fratre, domino, aut sorore.

XII.

De Parochiis, et alienis Parochianis.

Qui alieno Parochiano absque alia testimoniali Sacerdotis proprii, Missam celebraverit nuptia-

IX.

De los clérigos que no residen en la iglesia ó prebenda.

El cura que sin licencia nuestra falte mas de dos meses de la iglesia, perderá los frutos de los mismos beneficios, mientras se hallare ausente, los que se aplicarán á los consocios que sirvan por él. Si fuere solo, entonces nos los reservamos. Y si temerariamente los tomare todos ó alguna parte de ellos, quedará escomulgado, y no será absuelto, hasta que íntegramente los restituya.

X.

De las prebendas.

Deseando cuidar del servicio de las iglesias y ocurrir á la pobreza de los clérigos, establecemos, segun lo determinado en el concilio de Tours, que no se dividan los beneficios, ni se renuncie alguna parte de ellos, y que el que renunciare á una parte, pierda el todo, confiriéndosele por antigüedad al que no le tenga íntegro. Si todos fueren íntegros, ó tan solamente uno, confírase á otro idóneo. Establecemos acerca de los divididos, que cuando vacaren, se reintegren, segun se ha dicho, los primeros.

XI.

De las sepulturas.

Aunque por un afecto de piedad y humanidad sea lícito llorar á los muertos; sin embargo reprobamos el exceso de dolor que da á entender que se desespera de la resurreccion futura. Condenamos absolutamente el execrable abuso de que cuando alguno muere se vean hombres y mugeres andar por las calles ahullando, y dando horribles gritos en las iglesias y otras partes, y cometiendo otras indecencias, que no solo ofenden los ojos de la Divina Magestad, sino que se asemejan á los ritos de los gentiles. Todo lo dicho lo prohibimos mas terminantemente á los clérigos bajo pena de escomunion; no debiendo ellos llevar luto fuera del tiempo de las exequias, á no ser por el padre, madre, hermano, señor ó hermana.

XII.

De las parroquias y de los agenos feligreses.

El párroco que diga la misa nupcial por un feligrés de otra parroquia sin beneplácito del cura

lam, trecentos morapelinos nobis solvere te- de esta, nos pagará trescientos maravedises.
neatur.

XIII.

De decimis.

Plerumque contingit, quod Clericus, qui nulli obesse debet, sed omnibus velle prodesse, Parochianum ad vitam spiritualem suscipiens, ad mortem ducit aeternam, inducendo ipsum, vel inordinato ejus proposito annuendo, ut decimam, seu ejus partem, sibi, vel alteri retineat, quam solvere integraliter ex praecepto tenetur. Volentes igitur jus nostrum, et aliorum, ac talium animas praesentis saltem poenae formidine praeservare..., quod quicumque talia de caetero commiserit, Beneficio spoliatur. Parochianus vero ad eandem solvendam integraliter excommunicationis sententia praecellatur. Alioqui praeferentes timori Dei avaritiam alium decimandorum meliora vendunt solventes, postea de peioribus Ecclesiae, et pro venditis numero, non pretio, partem suam.

Cum igitur Deum, qui nobis omnia donans, decimam sibi in signum dominii retinuit, defraudare noscantur; praecipimus, ut de pecunia venditorum, pecuniam de animalibus non venditis, nisi ubi de necessitate ad pecuniam reduci habeant, animalia solvere teneantur, alioquin excommunicentur, et tandem excommunicati singulis Festivis nuncientur diebus, donec integraliter solverint, ut est.... per eandem personam eandem fraudem in aliis rebus decimandi excludendam sancimus.

Distributor decimarum per mensuratorem juratum faciat bladum ubique mensurari, quantum secundum.... et quantum secundum mensuram sit, ut de excrescentia constare possit; et si aliquis adhuc non solvit, vel quantum (si sciri potest) solvere habeat, redigendo in scriptis; ubi autem mensurari non fecerit et in distributione mensuratum scripserit, vel mensuratorem jurare non fecerit, ad tantum bladi nobis remaneat obligatus. Pro diebus vero quibus ratione distributionis habebit uno morari in loco, expensas de acervo recipiat jam taxatas. Quod si uno die in pluribus locis distribuerit, uno die tantum et prata ab hominibus procurentur. Si vero distributione facta, ad domum suam redeat, vel pro ea facienda aliquem ibi dimittat, expensas dumtaxat, quas ibidem ipse, vel dimissus, aut missus fecerit, extrahat de acervo duplum nobis ejus, quod illa occasione plus acceperit, soluturus.

Idem quoque distributor, aut quivis alius, nihil recipiat, vel recipi permittat nomine praemii pi-

XIII.

De los diezmos.

Sucede muchas veces que el clérigo que á nadie debe hacer daño, sino bien á todos, en vez de recibir al feligrés para la vida espiritual, le conduce á la muerte eterna, induciéndole ó condescendiendo con su desordenado propósito, el cual consiste en retener para sí ó para otro el diezmo ó parte de él, cuando por el contrario segun precepto tiene obligacion de pagarle íntegro. Y queriendo preservar nuestro derecho y el de los otros y las almas de los tales, al menos poniéndolas delante el miedo de la vida presente, establecemos que el que en lo sucesivo pecare en esto, sea despojado de su beneficio. El feligrés será obligado con escomunion á pagarle íntegro; pues los que prefieren (a) la avaricia al temor de Dios, venden lo mejor que otros han pagado, y despues lo reintegran con lo peor, dando igual cantidad en número, aunque no en precio.

Y como que saben que defraudan al Señor que todo nos lo dá, habiéndose reservado el diezmo en señal de dominio, mandamos que con el dinero de los animales vendidos, estén obligados á pagar el valor de los animales no vendidos, á no ser que hubiera necesidad de venderlos; y no haciéndolo asi, sean escomulgados, y como tales se anuncien en los dias festivos, hasta que íntegramente dieren satisfaccion; y establecemos.... que la misma persona no vuelva á diezmar en otras cosas, no sea que cometa fraude idéntico.

El repartidor de los diezmos haga que los medidores juramentados midan el trigo en todas partes, para saber cuál es su calidad, y cuánto hay, á fin de que pueda constar de las creces: y si alguno no paga, ó no da todo lo que debe (si puede saberse) quede consignado por escrito: cuando no lo hubiese hecho medir, y en la distribucion hubiese escrito que fué medido, ó no hubiere hecho jurar al medidor, nos quedará obligado á otra tanta cantidad de trigo. Se le darán del monton las dietas tasadas por los dias que tuviere que estar en un lugar por razon de la distribucion: y si en un solo dia la hiciera en muchos lugares, solo cobrará una dieta: y si despues de hecha la distribucion se vuelve á su casa, ó envia á alguno para hacerla, solo cobrará las dietas que él habia de haber percibido, y si del granero sacare algo mas, nos pagará el doble del esceso.

El mismo repartidor ni ningun otro recibirá cosa alguna, ni permitirá que se reciba como premio

(a) Este pasage está viciado en el manuscrito latino.

tancis salariis, super excrescentiae, vel quovis alio quaesito colore; alioquin praeter id quod acceperit, omnibus, quos tangit, restituendum per ipsum nobis quadruplum cum consentiente solvere teneatur. Et nihilominus, si Clericus fuerit, Beneficio spoliatur.

Ratione autem scriptae distributionis, quam tradit tertiario, cum pro scriptura de acervo satisfaciatur scriptori, vel scripturae constitutionis tertiarii, vel aliquem tertiarium faciat aut a tertia excuset, nihil penitus recipiat, cum ex primis occasio furandi, ex ultimo non solvendi decimas praebetur. Quod si fecerit, praeter simplum laeso restitutus, nobis ab quadruplo obligetur. Idem quoque, et sub eisdem poenis in distributione aliarum rerum, ubi praedicta, vel aliqua eorum contingere possint, decernimus observandum.

Quia certam invenimus formam ad distribuendum in Archidiaconatibus Toletano, et Talaverano, videlicet quod nuncius cujuslibet Archidiaconi cum uno homine animali tantum praesente nostro Domino, vel habentis partem nostram post lapsum diei assignati capitulo admittendum, si noluerit nuncium, debet incipere distributionem deminitu, in crastinum Sancti Joannis Baptistae. De pane vero in crastinum Beatae Mariae mensis Septembris; et capite cujuslibet Archipresbyteratus sigillatim, ac continuare gradatim, deficienteque alterutro, aliter potest facere terminum supra dictum. Ideoque praedictam formam ad unguem servari jubemus tertiariis, sub poena excommunicationis praecipientes, quatenus contra praedictam formam aliquem ad distributionem hujus non admittant. Poenas autem, et prohibitiones supra proximi capituli hic intelligi volumus repetitas.

Licet constitutionem bonae memoriae Domini Gundisalvi praedecessoris nostri, et declarationem ejusdem quoad distributionem nequaquam infringere intendamus; quia tamen ex modo colligendi decimam manifestum detrimentum nobis, Archidiaconis, Canonicis, Clericis, et Ecclesiis, animabusque, ob hoc nihil, vel mali solventium, periculum noscitur provenire; quandoque enim deterius, quandoque tardius solvere, plerumque et ne dum partem, quinimo et totum retinent debitores, cum in (b) aldeis solvisse; decernimus ut debitores tertiario illius aldeae et ibidem teneantur, ubi praedia debitores tertialio illius aldeae, et ibidem teneantur, ubi praedia sita existunt, distributionem secundum Constitutionem solventes, non liberentur, et nihilominus ad solvendum, ut praemittitur, per excommunicationis sententiam compellantur. Per hoc tamen non intendimus consuetudini aliquorum derogare locorum, in quibus praedicta Constitutio non servatur.

(a) El latin de este período primero es estremadamente confuso, por lo que hemos preferido compendiarle en castellano. El lector sin embargo le tiene según se lee en el manuscrito,

del salario.....ademas de las creces, ó con cualquier otro pretesto: y si lo hiciere, tendrá obligacion de restituirnos el cuádruplo en union del consentidor: y ademas, si fuere clérigo, perderá el beneficio.

Nada del monton satisfará por haber escrito la distribucion que entrega al tercero, ni por la escritura de nombramiento de tal, ni cuando haga á uno tercero, ó cuando se excusa de la tertia, puesto que de las cosas primeras se dá motivo para hurtar, y por lo último se tienta para no pagar los diezmos. Y el que lo hiciere, ademas de restituir igual cantidad al perjudicado, á nosotros nos dará el cuádruplo. Lo mismo decretamos tambien que se observe, y bajo las mismas penas en la distribucion de otras cosas, cuando pudieran suceder las ya dichas, ó alguna de ellas.

Y como que hemos hallado una forma especial para hacer las distribuciones en los arcedianatos de Toledo y Talavera, empezará la distribucion el dia de San Juan Bautista por la mañana (a). La del pan se hará en la mañana del dia de la Virgen de Setiembre: y en la cabeza de cada arciprestazgo se efectuará con separacion, y se continuará por grados, y faltando uno de los dos; de otro modo puede hacerlo despues del término mencionado. Y por lo tanto ordenamos que la referida forma sea observada literalmente por los terceros, mandando bajo pena de escomunion que á nadie admitan á semejante distribucion en contra de la forma referida. Queremos que se entiendan aquí como repetidas las penas y prohibiciones del capítulo anterior.

Aunque bajo ningun concepto tratemos de infringir la constitucion de nuestro antecesor de feliz memoria Don Gonzalo, y la declaracion del mismo relativas á la distribucion; sin embargo como de la manera de recojer el diezmo nos resulta un gran detrimento y tambien á los arcedianos, canónigos, clérigos é iglesias, y peligro á las almas, las que por este motivo pagan nada ó mal: y unas veces den lo peor, y otras mas tarde de lo regular, y algunas se queden con el todo ó parte los deudores, diciendo que en las aldeas han pagado, decretamos que los deudores estén obligados á pagar al tercero de la aldea, y en el lugar donde existen los predios la distribucion con arreglo á la constitucion, y que de no hacerlo así, no queden libres, y ademas sean compelidos por la escomunion á pagar, según se ha dicho. Sin embargo no tratamos por esto de derogar la costumbre de algunos lugares, en los que no se observa la citada constitucion.

y podrá interpretarle.

(b) Tambien está viciado este pasage.

XIV.

De celebratione Missarum.

Quia inter alia Sacramenta, Corporis, et Sanguinis Sacramentum frequentius exercetur, tanto cautiore decet in eo esse ministros, quantum periculosius posset errare in ipso; oportet itaque, ipsius formam, et materiam esse notas. Est igitur materia Sacramenti Corporis Christi panis tritici purus, et azymus, ac vinum de vite, modica aqua, ut ad naturam vini trahatur, permista. Ne autem massae de praedicto blado faciendae, per simplicitatem, vel alias aliquid misceatur, Sacerdos per se, vel saltem per Ministrum Ecclesiae, eo praesente, ex farina mundi tritici, et aqua tantum faciat dictum panem.

Forma vero in Consecratione Corporis servanda est ista: *Hoc est enim Corpus meum*. Post quae verba cum devotione, et humilitate erigatur. Forma autem Consecrationis Sanguinis est: *Hic est enim Calix Sanguinis mei, Novi, et aeterni Testamenti, Mysterium Fidei, qui pro vobis, et pro multis effundetur in remissionem peccatorum*. Post quae verba habet Calix devote, et humiliter elevari. Debet quoque sacerdos absque peccato mortali devotus accedere ad conficiendum hoc Sacramentum. In mortali autem existens confiteatur antequam celebret Sacerdoti, cujus copia si desit, et necessitas urgeat, contritus habens propositum, cum affuerit illius copia, confiteri, poterit celebrare.

Constitutus in Sacris, vel Beneficiatus, debet studiose, indeclinabiliter, et devote Horas Canonicas recitare; alioquin Beneficiatus Beneficio, non Beneficiatus officio suspendatur. Quicumque Missam, antequam dixerit Matutinum, celebraverit, perdat ipso facto fructus Beneficii per mensem; consociis, vel ubi desint, fabricae applicandos. Matutinum autem in Ecclesia quilibet, si commode poterit, sed Curati specialiter, dicere teneantur.

Quamvis rigor Juris habeat, ut nullus Presbyterorum, nisi duobus praesentibus, sibi que respondentibus, Missarum solennia celebrare praesumat; Sacristae tamen aequitate adherentes volumus, ut saltem cum uno Ministro, Clericali tamen veste induto, et Clerico, ubi talis haberi commode, eandem debeat celebrare, nedum autem dum eadem celebrantur Mystera, quinnimmo et dum alia Clericos ubi Superpelliceorum..... copia assistere in eadem veste jubemus. Mulierem, vel filium celebrantis sibi assistere prohibemus. Cum hominis memoriam labilem experientia manifestet, sancimus, ne aliquis absque Libro, vel charta Missae Canonem

XIV.

De la celebracion de misas.

Y como que el sacramento del Cuerpo y Sangre de Cristo es el que con mas frecuencia se administra, deben con él ser mas cautos los ministros, porque se puede errar en él con mas peligro: conviene por lo tanto conocer su materia y forma. La materia del sacramento del cuerpo de Cristo es un pan de trigo puro y azimo, y vino de vid mezclado con una poca de agua, conservando la naturaleza de vino. Y para que en las masas que deben hacerse del referido trigo no se mezcle cosa alguna por sencillez ó por otra causa, el sacerdote por sí, ó al menos por un ministro de la iglesia en presencia suya, hará el referido pan de harina de trigo limpio y de agua.

La forma que ha de observarse en la consagracion del Cuerpo de Cristo es la siguiente: *Este es mi Cuerpo*; despues de cuyas palabras será elevado con devocion y humildad. La forma de la consagracion de la Sangre es la que sigue: *Este es pues el caliz de mi Sangre, del nuevo y eterno Testamento, misterio de fe, que por vosotros y por muchos será derramado en remision de los pecados*: despues de cuyas palabras elevará el caliz con devocion y humildad. Debe pues el sacerdote consagrar este sacramento sin estar en pecado mortal; y si se hallare en semejante estado debe confesarse con otro sacerdote; y sino le hubiere, y la necesidad apremiare, hallándose contrito, y con propósito de confesar cuando hubiere proporcion, podrá celebrar.

El ordenado de mayores, ó el beneficiado debe rezar las horas canónicas con gusto, indefectiblemente y con devocion: y no haciéndolo así, se suspenderá al beneficiado del beneficio, y al que no lo sea del oficio. El que celebrare misa antes de rezar matines, perderá por este mero hecho y por un mes los frutos del beneficio, que se aplicarán á los compañeros, y si no los tuviere, á la fábrica. Todos, si cómodamente pueden, deben rezar matines en la iglesia, y mas especialmente los párrocos.

Aunque el rigor del derecho tiene establecido, que ningun presbítero, no siendo en presencia de dos que le respondan, celebre misa; sin embargo queremos en consideracion al sacristan, que pueda celebrarla, aunque sea solo con un ministro, pero clérigo, y vestido de tal, donde cómodamente pueda hallarse: y mientras se celebran los mismos misterios, y habiendo abundancia de clérigos, mandamos que acudan con sobrepellices..... Prohibimos que asista como ministro á la misa la muger ó el hijo del celebrante. Y como que es fragil la memoria de los hombres establecemos que nadie se ponga á celebrar misa sin libro ó carta que contenga

continente . et sine lumine celebrare praesumat; contrarium autem faciens, per mensem a perceptione Beneficii, quod pro illo officio percipit, sive sit perpetuum, sive temporale, sit suspensus, illius Altaris luminibus applicandi.

Curatus paratam habeat semper Eucharistiam pro infirmis, eamque mundet caute, et honorifice custodiens de octava sumendo renovet in octavam. Nulli eam in peccato mortali publice perseveranti ministret, occulto autem peccatori publice non deneget, instar Christi bucellam Judae proditori tradentis. Cum autem illam ad infirmum portaverit, in decenti habitu supposito, mundo velamine ferat, et referat manifeste, ac honorifice ante pectus cum omni reverentia, et timore, semper lumine praecedente, et sono modicae campanellae, ut nedum apud videntes, sed apud audientes fides, et devotio augeatur; frequenter quoque debet plebem docere, ut cum in Altari elevatur, vel modo praedicto fertur, se reverenter inclinet, humiliter genuflectens.

Qui cum bis in die habuerit celebrare, debet utrobique conficere Corpus et Sanguinem Jesu Christi, nec aliter, ut factum novimus, simulare praesumat, cum non solum Deo, cui non veretur illudere, sed populo, quem decipit, se astringat. Quamquam autem, et in prima aut in secunda immolatione teneatur communicare; vinum tamen perfusionis primae non sumat aut ad secundam jejunos accedat, sed conferre poterit assistenti.

Si per negligentiam aliquid de Sanguine stilaverit in terra, lingua lambatur, tabula radatur; si non fuerit tabula, ne locus conculcetur, corradataur, et igne consumatur, cinis autem intra Altare abscondatur. Si super Altare stilaverit Calix, sorbeat Minister stillam; si super Corporalia, vel linteam Altaris, unum, vel plura Corporalia, vel lintea, quae tetigerit stilla, tribus vicibus Minister abluet, Calice supposito, et aqua ablutionis sumatur, et juxta Altare recondatur.

Nonnulli prae opera tardioribus praeferentes promoventur, ut onus Beneficii exigit; in tempus officii autem Sacerdotalis dulcedinem gustare contemnunt. Cupientes itaque eos timentibus Deum, quibus praedicta dulcedo absconditur, sociare; jubemus, ut quicumque Sacerdos infra duos menses, et ex tunc frequenter, prout ei ministrabit Christus quando immolat, debeat celebrare. Expressius autem providentes adjicimus, quod quicumque saltim quater in anno non celebraverit, fructus Beneficii ejusdem anni perdat, fabricae ejusdem Ecclesiae applicandos.

ga el CANON, y tampoco sin luz; y el que obrare en contrario quedará suspenso por un mes de los frutos del beneficio, que recibe por aquel oficio, bien sea perpétuo, ya temporal, los que se aplicarán para alumbrar aquel altar.

El párroco cuidará de que siempre esté consagrada la Eucaristia y pronta para llevarla á los enfermos, la que custodiará con limpieza y honorificencia, sumiéndola y renovándola cada ocho dias. A nadie que de público se sepa que está en pecado mortal, se la dará, pero no la negará al pecador oculto, á imitacion de lo que hizo Cristo cuando dió el bocadito al traidor Judas. Cuando fuere á darla á un enfermo, llevará un hábito decente sobrepuesto, la colocará en un lienzo limpio, y la conducirá manifiestamente y con todo honor, temor y reverencia, colocada delante del pecho, precediendo siempre alguna luz, y tocando una pequeña campanilla, para que se aumente la fe, no solo de los que la ven, sino tambien de los que la oyen: debe igualmente inculcar con frecuencia á la plebe que cuando se eleve en el altar, ó cuando se lleve del modo referido, se incline con reverencia, y se arrodille con humildad.

El que tenga que celebrar dos veces al dia, en ambas debe consagrar el Cuerpo y Sangre de Jesu-cristo, y no fingirá hacerlo, como sabemos se ha practicado, puesto que peca no solo para con Dios, á quien no teme burlar, sino tambien para con el pueblo, al que engaña. Y aun cuando esté obligado á comulgar en el primero y en el segundo sacrificio; sin embargo no sumirá el vino de la primera perfusion, y en ayunas sumirá el del segundo sacrificio: pudiendo dar al asistente el vino de la primera perfusion.

Si por un descuido se vertiere en el suelo alguna gota de la Sangre, se lamerá con la lengua, y se raerá la tabla; sino hubiere caido sobre tabla, se raerá tambien para que no se pise, y las raeduras se quemarán; la ceniza se colocará dentro del altar. Si el caliz se derramare sobre el altar, sorberá el ministro lo vertido: si se vertiere sobre los corporales, ó sobre la sabanilla, los lienzos ó corporales que tocare serán lavados por tres veces por el ministro, poniendo debajo el caliz, y se echará el agua de la ablucion en el sumidero cerca del altar.

Algunos son promovidos como exige la carga del beneficio, y son muy tardos para celebrar, despreciando gustar con frecuencia la dulzura del oficio sacerdotal. Y deseando nosotros asociar á estos á quienes se oculta la mencionada dulzura con los que temen á Dios, mandamos que todos los sacerdotes celebren al menos de dos en dos meses: y añadimos ademas que quien no lo practicare al menos cuatro veces al año, pierda los frutos del beneficio en el mismo año, los que serán aplicados á la fábrica de la misma iglesia.

XV.

De Baptismo, et ejus effectu.

Primum et fundamentum omnium novae Legis Sacramentorum constat esse Baptismum, cujus virtus quia in materia, et forma consistit, non decet eas Clericos, praesertim ejus Ministros, aliquatenus ignorare. Est igitur materia aqua vera, et naturalis. Et ideo si ob ipsius defectum aliquis vino, oleo, aqua rosacea, vel quovis alio liquore fuerit baptizatus, est iterum baptizandus. Forma vero haec est: *Ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti*. Porro ubi de aliquo an baptizatus sit, verisimiliter haesitetur, hac forma baptizari jubetur: *Si baptizatus es, non te baptizo; sed si baptizatus non es, ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti*. Unde quia contingit quandoque aliud membrum a capite pueri existentis in utero baptizari; poterit supra proxima forma, cum in lucem venerit, uti Sacerdos. Cum autem caput ejus tantummodo baptizatus, et si residuum corporis in utero lateat, non est, icet postea vivat, denuo baptizandus.

Si partum contingat periclitari, poterit nedum obstetrix, vel quivis alius masculus, aut femina, sed et pater, et mater in aliqua patella, aut alio instrumento baptizare eundem. Nominavit autem ipsum, dicendo: *Ego te Petrum, vel Martinum baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti*. Debet autem fieri mersio, dum proferuntur verba praedicta.

XVI.

De reliquiis, et veneratione Sanctorum.

Licet concessum sit, infidelem circa Missam Catholicorum Ecclesiam introire, quia tamen aliqui, praesertim mulieres, concessione abutentes praedicta, Judaeas, vel Sarracenas introducunt, et retinent inibi, dum officia celebrantur Divina, ex quo irridetur populus Christianus, contemnitur devotio, impropertur Fides, et denique illuditur Christus; non valentes ulterius illius dissimulare opprobrium, qui diluit probra nostra, praecipimus sub excommunicationis poena, ut nullus de caetero Sarracenos, et Judaeos, aut Gentiles, masculos, aut feminas introducat in Ecclesiam, dum Divina officia celebrantur; Clerici autem, quamdiu illi ibi fuerint, cessent penitus a Divinis.

XV.

Del bautismo y de su efecto.

Consta que el primero y principal fundamento de los sacramentos de la nueva ley es el bautismo cuya virtud, como que consiste en la materia y en la forma, no conviene que bajo ningun concepto las ignoren los clérigos en especial los ministros de él. La materia es pues agua verdadera y natural: y por lo tanto, si por falta de ella fuera bautizado alguno con vino, aceite, agua rosada ó con algun otro licor, debe ser bautizado de nuevo. La forma es la siguiente: *Yo te bautizo en el nombre del Padre, y del Hijo y del Espiritu Santo*. Mas cuando se duda con fundamento si uno está ó no bautizado, lo será de este modo: *Si estás bautizado, no te bautizo; pero sino lo estás, yo te bautizo en el nombre del Padre, y del Hijo, y del Espiritu Santo*. Y como que algunas veces sucede que se bautiza algun miembro, que no es la cabeza, de un niño que aun está en el útero, en tal caso podrá usar el sacerdote, despues que haya nacido, de la fórmula acabada de espresar; mas cuando lo que se bautiza es la cabeza, aunque el resto del cuerpo todavia no haya salido, en este caso, aunque nazca vivo, no se reitera el bautismo.

Si el parto fuese peligroso podrá administrar el bautismo no solo la comadre ó cualquier hombre ó muger, sino hasta el padre ó la madre, con algun vaso ó con otro instrumento: y le pondrá nombre diciendo: *Yo te bautizo* (á tí Pedro, Martin etc.) *en el nombre del Padre, y del Hijo, y del Espiritu Santo*. El agua debe echarse mientras se están profiriendo las palabras referidas.

XVI.

De las reliquias y de la veneración de los Santos.

Aunque esté permitido que un infiel entre y pueda estarse en la iglesia hasta la misa de los catecúmenos; sin embargo como que algunos, y en especial las mugeres, abusando de la referida concesion, introducen á las judias y sarracenas, y las tienen en su compañía mientras se celebran los officios divinos, lo que causa risa al pueblo, desprecio á la devocion, impropertio á la fe, y finalmente burla á Cristo; y no pudiendo nosotros sufrir por mas tiempo el oprobio de aquel que lavó nuestros pecados, mandamos bajo pena de escomunion, que en adelante ninguno introduzca en la iglesia, cuando se celebran los officios divinos, á sarracenos, judios ó gentiles, varones ó hembras: y que los clérigos suspendan totalmente la celebracion de los officios divinos, mientras semejantes personas se hallaren presentes.

XVII.

De Ecclesiis aedificandis.

Prohibitionem de Ecclesiis vel oratoriis absque auctoritate Episcopali aedificandis poenae adjectione juvantes, statuimus, quod quicumque singularis, aut communitas aliter aedificaverit, mille.... poenam nobis applicandam; praestans autem auctoritatem suspensionis incurrat sententiam ipso facto.

XVIII.

De poenitentis, et remissionibus.

Ut Curati ad immolandum devotius praeparentur, concedimus, casibus nostris dumtaxat exceptis, ut possint consocio, vel alteri discreto Presbytero confiteri.

Presbyter, ob cuius culpam, quempiam sine poenitentia, et communione mori contigerit, Beneficio expolietur; Parochiano, nisi constet esse confessum, Corpus Christi presbyter non ministret.

Ad aures nostras pervenit, quod nonnulli, tam Religiosi, quam alii propriae salutis immemores, absolvant indiscrete in foro dejerantes, ex quo facilius aperitur via perjurii, proximus enormiter laeditur, et jura Ecclesiarum fraudantur. Ex causis igitur praedictis nobis casum hujusmodi reservantes, absolutum ex nunc ab alio denunciamus absolutum non esse; statuentes, ut quicumque aliquis absque nostra speciali licentia, nisi in mortis periculo, et tunc injuncta satisfactione, absolvitur..... incurret sententiam ipso facto. Ex eisdem causis clausulam remissionis perjurii beneficentibus fabricae Ecclesiae Toletanae, et de Sopetran, contentam in libris inde confectis, penitus renovantes.

Ut autem hoc salutare statutum a quoquam ignorari non possit, precipimus omnibus, et singulis Curatis, sub poena privationis Beneficii, quatenus in festivitatibus Natalis Domini, Paschae, Pentecostes, Joannis Baptistae, Assumptionis Beatae Virginis, et omnium Sanctorum, annuatim, dum Missarum solemnias celebrantur, legatur.

Religiosi, et alii quoque decimas, et eorum partem non solventes, absque satisfactione parrochiali Ecclesiae, cui debentur faciendae, indiscrete absolvunt, ex quo detrimentum Ecclesiis, cum jura sua perdant, animabusque periculum, cum absque restitutione non liberentur, provenire noscuntur. Propter quod nobis hunc reservantes casum,

Tomo III.

XVII

De la construccion de iglesias.

Añadiendo una pena á la prohibición que ya habia de edificar iglesias ú oratorios sin autoridad del obispo, establecemos que cualquier particular ó comunidad que edificar sin la autoridad expresada, pague la pena de mil.....que será aplicada á nos; y el que concede la autoridad incurrirá por este hecho en suspension.

XVIII.

De las penitencias y remisiones.

A fin de que los curas puedan prepararse con mas devocion al sacrificio, concedemos, esceptuando en los casos reservados á nos, que puedan confesarse con un consocio ó con un presbítero discreto.

El presbítero por cuya culpa muriere uno sin penitencia y comunión, será privado del beneficio; tampoco dará el Cuerpo de Cristo al feligrés, como no conste que ha confesado.

Hemos llegado á saber que algunos religiosos, y otros que no lo son, olvidados de su propia salvacion, absuelven indiscretamente á los que juran en juicio, con lo que se abre un camino mas espedito á los perjuros, se perjudica enormemente al prógimo, y se defraudan los derechos de las iglesias. Reservándonos por la causas indicadas el caso actual, manifestamos que el absuelto en adelante por otro, no lo está: estableciendo que cualquiera que sin especial licencia nuestra, como no sea en peligro de muerte, y aun entonces con la debida satisfaccion, absuelva á cualquiera en contra de lo acabado de espresar, quede escomulgado ipso facto. Por idénticos motivos revocamos del todo la cláusula de que se perdona el perjurio á los bienhechores de la fábrica de la iglesia de Toledo y de Sopetran, contenida en los libros escritos especialmente con este objeto.

Y para que nadie alegue ignorancia de este estatuto saludable mandamos á todos y á cada uno de los curas bajo pena de privacion del beneficio, que hagan que anualmente, mientras se celebran las misas, se lea en las festividades de Natividad del Señor, Pascua, Pentecostés, San Juan Bautista, la Asuncion de la Virgen María y la de Todos Santos.

Los religiosos y otros absuelven indiscretamente á los que no pagan diezmos ni parte de ellos, sin dar satisfaccion á la iglesia parroquial, á la que se deben; de lo que resulta detrimento á las iglesias, porque pierden sus derechos, y peligro á las almas, puesto que no quedan libres sin restituír. Por cuya causa, reservándonos este caso, decretamos, que

132

decernimus, nullum absque nostra auctoritate Episcopali posse quempiam in casu absolvere supradicto; mandantes omnibus, et singulis Curatis sub poena, ut supra proximo capitulo.

Grandis malitiae occasionem in congregatione, et distributione eleemosynae captivorum et quae vulgariter *Cruzata* dicitur adhiberi solitam tollere (ut est possibile) cupientes, in Archipresbyteralibus Archipresbyteros, in Vicariis vero Vicarios esse volumus collectores. Quibus in remissionem peccaminum injungimus, ut tam perse, quam per alios, in confessionibus, praedicationibus, testamentorum confectionibus, et alias, inducant populos ad hujus piam eleemosynam faciendam; collectam vero in festo Sancti Michaëlis, et Paschae, procuratori per nos ad consciendum hoc transmittant in usum praedictum fideliter expendendam. Volentes autem labori eorum respondere, eis septimam partem concedimus de collecta, obligatis annuatim exactam rationem reddere procuratori praedicto..... Et ut ad resistendum peccato eo cautiores subditi nostri reddantur, quo illud arctabuntur verecundius confiteri, casus nobis decrevimus reservare subscriptos.

Incestum tam consanguineorum, affinium, et spiritualium, quam religiosorum, coitum cum paganis, vel in Ecclesiis, vel virginis violentum adulterium, vitium contra naturam quodcumque, percussionem parentum, procuracionem abortus vel sterilitatis in se, vel in alio, homicidium voluntarium, facto, verbo, consilio, aut consensu. Maleficium, sortilegium, divinationem, aut invocationem daemonum pro quacumque re, sacrilegium, abusum Chrismatis, Eucharistiae, vel alterius rei sacrae, perjurium, votum, promotionem per saltum, vel ab alio sine nostra licentia factam dispensationem, simoniae absolutionem, Canonis, vel nostrae, aut nostrorum praedecessorum constitutiones nobis promissas. Decimarum, aut primitiarum restitutionem, et generaliter ubicumque difficultas, aut ambiguitas inciderit, propter novitatem casus, vel imperitiam Sacerdotis, seu ubi sit solemnitas poenitentia injungenda. Porro ubi verbaliter, aut literatorie alicui casus commissi memoratos, absolutionem tamen sacrilegii, ex quo pecuniaria poena debetur perjurii, aut restitutionis decimarum, vel primitiarum; cum ex praedictis evidens detrimentum nobis, Ecclesiis, ac aliis, quos tangit, provenire noscatur, nequaquam committere cuiquam intendimus, nisi hoc expresserimus nominatim.

nadie pueda sin nuestra autoridad episcopal absolver en el caso espresado, encargándoselo así á los curas bajo la pena marcada en el capítulo anterior.

Deseando en cuanto nos sea posible hacer que desaparezca la gran malicia que se usa en la recoleccion y distribucion de la limosna para los cautivos, que vulgarmente se llama *CRUZADA*, mandamos que sean colectores los arciprestes en los arciprestazgos, y en las vicarias los vicarios. A los que ordenamos que en la remision de los pecados, bien se haga por ellos, ya por otros, inculquen al pueblo en las confesiones, sermones, y otorgacion de testamentos que dejen estas limosnas piadosas: y lo que hayan reunido lo entregarán al procurador nombrado por nos, para que lo dividan fielmente en el dia de San Miguel y de Pascua. Y queriendo recompensar este trabajo les concedemos la séptima parte de la colecta, con obligacion de dar cuenta anual al referido procurador..... Y para que nuestros súbditos sean mas cautos en oponerse á este pecado, y tengan mas vergüenza en confesarle, hemos decretado reservarnos los casos espresados.

No queremos encargar á nadie, sino que nos reservamos á nos mismos, á no ser que nominalmente lo espresáramos, la absolucion del incesto cometido con los consanguíneos y afines espirituales ó religiosos, el coito con paganos, ó en las iglesias, el adulterio violento de una vírgen, el vicio contra naturaleza, cualquiera que sea, el haber golpeado á los padres, la procuracion de aborto, ó de la esterilidad en sí ó en otra persona, el homicidio voluntario cometido de hecho, palabra, consejo ó consentimiento, el maleficio, sortilegio, adivinacion ó invocacion de los demonios por cualquier causa, el sacrilegio, el abuso del crisma, de la eucaristia, ó de cualquier otra cosa sagrada, el perjurio, el voto, la promocion *per saltum*, ó la dispensa concedida por otros sin licencia nuestra, la absolucion de la simonia, del cánon, ó de nuestras constituciones ó de las de nuestros predecesores prometidas á nosotros, igualmente la restitution de los diezmos y primicias, y generalmente en lo que hubiere dificultad ó duda, por la novedad del caso, impericia del sacerdote, ó cuando haya que imponer penitencia solemne. Ultimamente aun cuando de palabra ó por escrito hayamos encargado á algunos los casos mencionados, sin embargo esceptuamos la absolucion del sacrilegio, cuando se debe una pena pecuniaria por el perjurio, ó la restitution de los diezmos ó primicias, si de ello resultara un evidente detrimento á nos, á las iglesias ó á otras personas, á no ser que espresa y determinadamente asi lo hayamos dicho.

CONCILIO DE TARRAGONA

del año 1325.

Este concilio fué el segundo que celebró el arzobispo Tarracouense Don Simon, el dia 26 de enero del año 1323. Segun indica el principio de su cánón primero, no hizo sino recordar los estatutos anteriores acerca de los que por sí, ó instigando á otros, desafiaban á los obispos, prelados ó sacerdotes, y tambien contra los legos que invadian la jurisdiccion eclesiástica. Cosas ambas que ya se habian mandado desde muy atrás; pero que se conoce que no eran observadas religiosamente. Solo nos quedan los dos cánones que ponemos, debidos al manuscrito Colbertino, sin mas actas, proemio, ni ninguna otra cosa. No pudiendo saber por este fragmento (pues por tal le tenemos) el número de prelados que asistieron, ni de donde eran. Podriamos omitir la traduccion, por ser el contenido casi idéntico al de otras constituciones; y no lo hacemos únicamente porque se nota alguna diversidad.

Los dos cánones referidos dicen así:

I.

Contra diffidentes praelatos et personas ecclesiasticas.

Praedecessorum nostrorum qui condemnauerunt diffidare praelatos et personas ecclesiasticas, vestigiis inhaerentes, sacro concilio approbante, statuimus ut si quis deinceps, cujuscumque status vel conditionis existens, diffidaverit seu aculendaverit diffidari, seu aculendari fecerit aut procuraverit, publice vel occulte archiepiscopum vel episcopum, vel eorum officiales, vel praelatum aut religiosum, vel alium clericum beneficiatum in sacris ordinibus constitutum, seu praedictorum occasione homines et loca eorum ministracioni commissa, sive in haec scienter dederit consilium, auxilium vel favorem, ipso facto, sententiam excommunicationis incurrat, et denuntietur excommunicatus quotidie, dum in excommunicatione perstiterit, pulsatis campanis, et candelis extinctis, et nihilominus terrae seu castra ipsius, si quae habuerit, eo ipso subiaceant ecclesiastico interdicto, a qua sententia nullatenus absolvatur, nec interdictum ipsum relaxetur, donec de injuria et damnis propterea irrogatis satisfecerit competenter. Quod si clericus, cujuscumque status vel conditionis existens, aut religiosus in his deliquerit, si beneficium vel administrationem obtineat, praeter poenas praedictas, a beneficiis omnibus et administratione sit eo ipso privatus. Si vero beneficiatus non fuerit, perpetuo sit inhabilis ad ecclesiasticum beneficium obtinendum, donec secus super hoc per sedem apostolicam fuerit dispensatum.

I.

En contra de los que desafian á los prelados y á personas eclesiásticas.

Siguiendo las huellas de nuestros predecesores que condenaron á los que desafian á los prelados y eclesiásticos, establecemos con aprobacion del sagrado concilio que la persona, de cualquier estado ó condicion que sea, que en adelante desafiare por sí ó aguijoneare á otro para que fuese desafiada, ó hiciere ó procurase que fuera desafiado en público ó en secreto un arzobispo, obispo, sus vicarios, prelado religioso ó algun beneficiado ordenado de mayores, ó con ocasion de los referidos perjudicase á los hombres que les pertenecen y á los lugares encargados á su administracion; ó para estas cosas á ciencia cierta aconsejase, auxiliase ó favoreciese, incurra *ipso facto* en escomunión, y diariamente sea dado á conocer como escomulgado, mientras siga en tal estado, tocando las campanas y á mata-candelas; y ademas sus tierras ó castillos, si es que los tiene, queden por este mero hecho sujetos á entredicho eclesiástico, de cuya sentencia no serán absueltos, ni levantado el entredicho, hasta haber dado una congrua satisfaccion á los agraviados. Y si el que delinquiere en esto fuera un clérigo de cualquier estado ó condicion, ó bien un religioso; si tiene beneficio ó administracion, perderá en el acto ambas cosas, ademas de incurrir en las penas mencionadas. Mas sino fuere beneficiado, quedará para siempre inhábil para obtener beneficio eclesiástico, hasta que la Sede Apostólica le conceda dispensa.

II.

(Contra laicos invadentes jurisdictionem ecclesiasticam.)

Ecclesiastica jurisdictio a seculari distincta esse dinoscitur, et una per alteram impediri non debet, sed potius adjuvari. Quia vero nonnulli seculares iudices statuta canonum circa haec edita contemnent, clericos et alias personas ecclesiae super rebus et causis injuriose coram se compellunt in iudicio litigare, et alias personas recurrentes ad ecclesiasticum forum super causis quae ad idem forum de jure vel de antiqua consuetudine pertinere noscunt, ad desistendum compellunt, sacro approbante concilio, statuimus, et universis praelatis in virtute sanctae obedientiae praecipiendo mandamus, quatenus statutum felicis recordationis Bonifacii papae VIII quod incipit: *Quoniam ut intelleximus*, in suis episcopalibus synodis ac in ecclesiis etiam suarum dioeceseon, ubi expedire viderint, faciant publicari, praedictosque iudices excommunicatos publice nuntiari.

II.

(Contra los legos que invaden la jurisdiccion eclesiástica.)

Todos conocen que la jurisdiccion eclesiástica es distinta de la secular, y que no deben mutuamente ponerse impedimentos, sino ayudarse. Y como que algunos jueces seculares, en desprecio de los estatutos canónicos acerca de esto, impelen con injuria á que se presenten á litigar en su tribunal los clérigos y á otras personas de la iglesia en causas civiles y criminales, y obligan á que desistan de presentarse á los tribunales eclesiásticos á otras personas que acuden á ellos por causas que de derecho ó de costumbre antigua los pertenecen, establecemos con aprobacion del sagrado concilio, y mandamos á todos los prelados en virtud de santa obediencia que hagan publicar en los sinodos episcopales, y en las iglesias de sus diócesis, donde les pareciese conveniente, el estatuto del pontífice Bonifacio VIII de feliz memoria que empieza: *Quoniam ut intelleximus*, y ademas que los espresados jueces sean dados á conocer públicamente como escomulgados.

CONCILIO DE TOLEDO

del año 1524.

El arzobispo de Toledo Juan celebró este concilio en esta ciudad, dándole por terminado el día 21 de noviembre. Ni en el manuscrito del marqués de Mondejar, ni en las colecciones impresas se dice quiénes asistieron; aunque debe suponerse que fueron los sufragáneos. Tuvo dos objetos: el primero, publicar las constituciones que hizo en Vallemoleto, en Francia, el obispo de Sabina; y el segundo, añadir las ocho constituciones que aquí se leen. Casi todos nuestros historiadores han confundido las constituciones de Vallemoleto con las de Valladolid, aludiendo seguramente á las que hemos insertado ya, correspondientes al año 1322, en número de 28; pero debian haber reflexionado que en el prefacio de estas se manda que en el término de ocho dias, despues de recibidas, todos los prelados las publiquen en sus iglesias, y tambien en sus sínodos; y no era creible que despues de transcurridos mas de dos años, y habiendo habido por medio otro concilio en Toledo, se esperara á este para tal solemnidad. Asi pues solo debe atribuirse este yerro á la semejanza entre los nombres *Vallisoletum* (Valladolid), y *Vallemoletum* (Vallemoleto.) Si hubiéramos podido hallar las constituciones de Vallemoleto, las hubiéramos puesto aquí; pero no nos ha sido posible, ni tampoco sabemos dónde puedan hallarse. Lo que nos hace sospechar, no obstante las razones alegadas, que acaso tengan razon los que las atribuyen á Valladolid. Sin embargo estas indicaciones pueden servir para que otros apuren mas este punto.

El testo latino va conforme al manuscrito del citado marqués de Mondejar, y las variantes se han tomado de los impresos.

In nomine Domini nostri Jesuchristi, Amen.

Incipiunt (*Istae sunt*) constitutiones per Reverendum Patrem, et Dominum Joannem miseratione divina Toletanum Archiepiscopum, Primatem Hispaniarum, ac Regis (*regni*) Castellae Cancellarium, factae, ac editae in Concilio per eum apud Toletum celebrato anno Domini 1324. XXI. mensis novembris, quo die Concilium exstitit terminatum.

TITULI CAPITULORUM.

- I. *Ut Episcopi vocati ad Concilium veniant.*
- II. *De vita, et honestate Clericorum.*
- III. *De praebendis.*
- IV. *Ut nullus curatum Beneficium administret, nisi ante legitime per Episcopum Dioecesanum instructus fuerit.*
- V. *De testameneis.*
- VI. *De simonia.*
- VII. *De celebratione Missarum.*
- VIII. *De sententia excommunicationis.*

Praefatio.

Ad fructus uberes, quos in Dei Ecclesia Episcoporum Concilia hactenus produxerunt, conditores Canonum suae considerationis aciem convertentes, provide statuerunt eodem Concilio pro puniendis excessibus, et reformandis moribus per Metropolitanum cum suis suffraganeis annis singulis celebranda.

Reverendus (*Quod Reverendus*) Pater Dominus Frater Guillelmus Sabinensis Episcopus in his partibus Apostolicae sedis Legatus, quolibet anno, ad (*vel ad*) minus biennio, sub certa poena fieri praecipit, ut quos ad declinandum a malo, et faciendum bonum virtutum praemia non inducunt, quaedam ad hoc (*ad haec facienda*) felici necessitate, per ipsorum (*episcoporum*) diligentem sollicitudinem, et circumspectam (*solicitam*) vigilantiam compellantur.

Nos igitur, qui desideranter in vobis (*in vos*) gerimus ipsos Canones, et praeceptum ipsius Domini Legati pro viribus observare; convocavimus Provinciale Concilium in nostra Ecclesia Toletana; et intendentes potius ad observationem constitutionum, quam ad multiplicationem earum, Sacro approbante Concilio, praecipimus, constitutiones per ipsum Dominum Legatum editas in Concilio per eum apud Vallem-oleti celebrato, cum infra-scriptis per nos in praesenti Concilio additis (*editis*) observari.

En el nombre de nuestro Señor Jesucristo, Amen.

Estas son las constituciones hechas y promulgadas en el concilio celebrado en Toledo por el reverendo Padre y señor Arzobispo de la misma ciudad, Primado de las Españas y Canciller del reino de Castilla, en el año del Señor 1324, día 21 de Noviembre en que se terminó el concilio.

TÍTULOS DE LOS CAPÍTULOS.

- I. *Que los obispos convocados á sínodo, acudan.*
- II. *De la vida y honestidad de los clérigos.*
- III. *De las prebendas.*
- IV. *Que nadie administre un beneficio curado, antes de haber sido legitimamente instituido por el diocesano.*
- V. *De los testamentos.*
- VI. *De la simonia.*
- VII. *De la celebracion de las misas.*
- VIII. *De la sentencia de escomunion.*

Prefacio.

Tratando los promulgadores de cánones de recoger los pingües frutos, que han producido en la iglesia de Dios los concilios de obispos, establecieron sabiamente, que se celebraran todos los años los provinciales, para castigar los excesos y para reformar las costumbres.

Esto mismo mandó se hiciera bajo cierta pena, sino se podia cada año, al menos cada dos, el Reverendo Padre y Señor Guillermo, obispo Sabinense, legado apostólico en estas regiones, con objeto de que aquellos á quienes no apartan del mal, ni inclinan al bien, los premios de las virtudes, sean compelidos por cierta feliz necesidad á practicar estas cosas por la diligente sollicitud y circumspecta vigilancia de los obispos.

Nosotros pues que deseamos se observen estos cánones, y el precepto del Señor Legado hasta donde sea posible, hemos convocado concilio provincial en nuestra iglesia Toledana; y prefiriendo que se observen las constituciones que ya hay, en vez de multiplicarlas, mandamos con aprobacion del sagrado concilio, que se guarden las promulgadas por el mismo Señor Legado en el concilio de Vallemoleto (a), con las adiciones que nosotros hemos hecho en el concilio actual.

(a) Acaso sea de Valladolid. Véase el discursito que precede.

I.

Ut Episcopi vocati ad Concilium veniant.

Episcoporum negligentiae qui vocati ad Concilium venire negligunt, ex quo Ecclesiastica contemnitur auctoritas, excessus remanent impuniti, et correctio morum cessat, spem impunitatis auferre volentes; cum nos simus sub certa poena ad celebrandum Concilium obligati, quod celebrare non possumus decenter, et utiliter sine ipsis, praesenti constitutione jubemus, ut Episcopi vocati ad Concilium personaliter veniant, nisi fuerint impedimento legitimo, de quo nobis fidem facere tenentur praedicti (*praepediti*), scituri quod nisi fecerint poenas contra eos statutas a Jure publicari, et servari faciemus, ad alia nihilominus, sicut expedita videbimus processuri. Et ut plenior informatio habeatur Episcopi, in casu, in quo sunt legitime impediti, et Cathedralium Ecclesiarum Capitula ad dictum Concilium Procuratores idoneos, de statu propriarum Ecclesiarum, et Dioecesis informatos.

II.

De vita (*vestibus cleric.*) et honestate Clericorum.

Antiquos Cánones, qui in Clericis superflua (*et inhonesta*) prohibent, ad memoriam reducentes statuimus, quod nullus Clericus supertunicale, vel tabardum post mensem a tempore publicationis praesentis constitutionis deferat ita longum; quod si ad pedes attingat, (*contingat*) nullatenus tamen per terram trahatur; cum hoc non honestas, sed superfluitas, et indecentia censeatur. Clericus vero, qui contra fecerit, supertunicale ipsum, seu tabardum ipso facto amittat, per proprium *Episcopum* seu ejus Vicarium, vel Officialem pauperibus erogandum. Caveant insuper Clerici, ne mantellos, seu clamydes *deferant* nimia longitudine notandos, (*vocandos*) nec cum cordis, et nimis longis; nec tunicarum manicas (a) portent notabiliter nimis breves; ita quod brachia nuda appareant, si poenam similem voluerint evitare.

Quilibet ex Clericis barbam faciat sibi radi, quolibet saltem mense, nec crines deferat notabiliter (*nobiliter*) infra aures.

Caeterum quia in partibus istis morbus detestandae inhonestatis irrepsit, quod mulieres, *solteras* (*solsaderas*) vocantur (*vulgariter nuncupantur*), intrent publice domos Praelatorum, et Magnatum ad comedendum, et alias loquentes prava, et inhonesta colloquia plerumque corrumpentia bonos mores, *et facientes spectaculum de se* (b) *ipsis*; praecipimus omnibus, et maxime Praelatis, sub obtestatione

(a) *Nec tunicarum manicas nobiliter*; no leyéndose en los impresos la palabra *Portent*.

I.

Que los obispos convocados al sínodo acudan.

Queriendo que en adelante se castigue la negligencia de aquellos obispos que se niegan á asistir á sínodo cuando se los llama, de lo que resulta desprecio á la autoridad eclesiástica, impunidad de los escesos, y la cesacion de la correccion de costumbres; y estando nosotros bajo cierta pena obligados á celebrar concilio, y no pudiendo reunirle, cual conviene y seria útil, sin los mismos, mandamos por la constitucion presente que los obispos convocados á concilio vengán en persona, á no ser que tuvieren impedimento legitimo, del que nos habrán de dar cuenta: advirtiéndole que de no cumplir, haremos que se publiquen é impongan las penas que el derecho tiene sancionadas contra ellos; pasando ademas á otras cosas, segun nos pareciere. Y para que sea mas plena la informacion, enviarán los obispos legitimamente impedidos y los cabildos de las catedrales al referido concilio procuradores idóneos, que conozcan el estado de sus propias iglesias y el de las diócesis.

II.

De la vida y honestidad de los clérigos.

Recordando los cánones antiguos que prohiben las superfluidades en los clérigos, establecemos que un mes despues de esta constitucion ninguno lleve sobretúnica ó tabardo tan largo que arrastre; porque esto no se tiene por honesto, sino por superfluo é indecente. El clérigo que contraviniere, pierda *ipso facto* el tabardo, debiendo ser entregado á los pobres por su obispo propio, vicario ú oficial. Guárdense en adelante los clérigos de llevar manteos ó capas escesivamente largas, ni sujetos con cuerdas, ni tampoco mangas tan cortas que descubran los brazos, si es que no quieren incurrir en semejante pena.

Los clérigos se afeitarán al menos una vez al mes; tampoco llevarán los cabellos tan largos que cubran las orejas.

Ademas como que en estas regiones se ha introducido la detestable costumbre de que vayan públicamente á comer á casa de los Prelados y Grandes las mujeres livianas, conocidas vulgarmente con el nombre de *solteras*, y otras que con su mala conversacion y dichos deshonestos corrompen muchas veces las buenas costumbres y hacen espectáculo de sí mismas; mandamos á todos y en especial á los

(b) Lo de cursiva falta en los impresos.

Divini iudicii districtius injungentes, ne hujusmodi mulieres permittant intrare, vel esse in domibus eorundem, nec aliquid dent eisdem.

III.

De (ut clerici fructibus capellaniarum non abutantur) praebendis

Quorundam Clericorum abusum, qui fructus Cappellaniarum perpetuarum, seu Beneficiorum, quae ex devotione Fidelium in eorum instituuntur Ecclesiis, auctoritate propria sibi appropriant, inter se dividunt, sub praetextu, quod ipsi volunt dictis Cappellaniis, seu Beneficiis deservire, vel alias, cum de ambitionis radice procedat, et per ipsum cultus Divinus minuatur, quem desideramus augere et ab institutione Cappellaniarum, seu Beneficiorum plurimi retrahantur, penitus reprobamus, et prohibemus, expresse praecipientes, quod hujusmodi Cappellaniae, seu Beneficia instituta, et de caetero instituenda, habeant, juxta ordinationem instituentium, (*statuentium*) proprios servitores. Qui vero sine licentia Dioecesanum Episcopi contra fecerint, a Beneficiis, quae habent in Ecclesiis, in quibus haec commiserint, donec plene restituerint quidquid contra prohibitionem praesentem perceperint, sint suspensi.

IV.

Ut nullus curatum Beneficium administret, nisi ante legitime per Episcopum Dioecesanum instructus fuerit.

Inter corporales (*episcopales*) sollicitudines, illae debent esse praecipuae, quae versantur circa curam seu regimen animarum, quae in Episcoporum potestate consistit. Propterea ne astutia Satanae eas (*eos*) decipiat, propter Rectorum ignorantiam, vel defectum, et sanguis subditorum de eorum manibus requiratur; statuimus, sacro Concilio approbante, quod nullus in curato Beneficio administret, donec cum (*in eo*) eo per Dioecesanum Episcopum institutione auctorizabili fuerit institutus, seu sibi cura commissa fuerit animarum. Alioquin vero (*jure*) quod habebat in ipso (*praedicto*) Beneficio, non obstante consuetudine contraria, sit privatus, privilegiis, et gratiis Apostolicae sedis semper salvis.

V.

De (ut clerici bona ecclesiae filiis suis non conferant) testamentis

Ut substantia Ecclesiastica, quae plerumque solet propter Clericorum sobolem deperire, ad usus debitos conservetur; statuimus, quod nullus Clericus bona intuitu Ecclesiae acquisita, filiis, vel filiabus suis illegitimis *det*, vel conferat inter vivos,

prelados, amenazándoles con el juicio divino, que no permitan la entrada á semejantes mujeres, ni tampoco que permanezcan en sus casas, ni las den cosa alguna.

III.

De las Prebendas.

Reprobamos y prohibimos totalmente el abuso de algunos clérigos que toman para sí de propia autoridad los frutos de las capellanías perpétuas ó de los beneficios, que por devocion de los fieles se fundan en las iglesias, y los dividen entre sí, diciendo que quieren servir las referidas capellanías ó beneficios, ó bajo cualquier otro pretesto; siendo asi que esto no procede sino de ambicion; y como que por esta causa se disminuye el culto divino, que deseamos aumentar, y tambien muchos se retraen de fundar capellanias ó beneficios, mandamos espresamente que semejantes capellanias ó beneficios, fundados ya, ó que se funden, tengan, segun ordenamiento de los fundadores, servidores propios. Y los que sin licencia del diocesano obraren en contra de esta prevencion, queden suspensos de los beneficios que tienen en las iglesias en que se portaron así, hasta que restituyan plenamente lo que hubieren percibido en contra de la prohibicion actual.

IV.

Que nadie administre un beneficio curado, si antes no hubiere sido instituido por el obispo diocesano.

Los principales cuidados de los obispos son los que versan acerca de la cura ó régimen de las almas, la cual se apoya en la potestad episcopal. Por lo tanto, y para que no los engañe la astucia de Satanás, y para que por la ignorancia ó defecto de los rectores no se les pida cuenta de la sangre de los súbditos, establecemos, con aprobacion del sagrado concilio, que nadie sea administrador de un beneficio curado, hasta haber sido instituido en él por autorizacion del diocesano, ó hasta que se le hubiere encargado la cura de las almas: y no sucediendo así; sea privado del derecho que tenia al beneficio, no obstante la costumbre contraria; aunque quedando siempre á salvo los privilegios y gracias de la sede Apostólica.

V.

De los testamentos.

Para que no desaparezca la sustancia de las iglesias, que suele perecer con frecuencia en manos de los hijos de los clérigos, y para que se conserve para los rectos usos, establecemos que ningun clérigo dé ó haga donacion *inter vivos* á sus hijos ó hijas

vel in testamento contra Canonicum statutum dimittat. Praecipientes omnibus Episcopis in virtute sanctae obedientiae, quod jura super hoc edita diligenter observent.

VI.

De (ut presbyteri pro missis celebrandis pecuniam non exigant)
Simoniam.

Multa mentis amaritudine concitatur, gravisque doloris aculeus perfodit mentem nostram, intelligentes, quod aliqui Presbyteri detestanda, et abominabili ambitione caecati, pro missis per eos celebrandis pecunias exigunt, et super hoc, ac si vellent vendere rem profanam imprudenter (*impudenter*) mercantur (*mercantur quandoque etiam pub.*) quandoque, et publice cum his, qui eas faciunt celebrari, extimantes (*aestimantes*) ut eorum fructu (*facto*) pernicioso videtur, (*vendunt grat.*) gratiam Dei, quae in Sacramento Missae confertur, vel verius ipsum Deum, qui nobis sub specie dicti Sacramenti se exhibet, pecunia posse vendi. Verum cum dictum Sacramentum super omnia pretiosum, sit liberaliter, sicut caetera Sacramenta Ecclesiae, celebrandum; districtius prohibemus, ne aliquis Presbyter (*pro missis celebrandis*) pecuniam exigat, vel rem aliam temporalem; sed gratis, (*grate accipiat*) si aliquid per facientem missas celebrari oblatum sibi charitative fuerit, absque pacto, et conventionione quacumque. Qui vero contrarium fecerit, a celebratione missae per (*annum*) omnia noverit se suspensum, et alias pro tam gravi excessu ad arbitrium proprii Episcopi puniendum. (a) Nullus in super Presbyter absque causa necessitatis, excepto die Nativitatis Domini, praesumat nisi unam missam celebrare in die, quia valde felix est, qui celebrat digne unam.

VII.

De (ut presbyteri non nisi unam missam in die celebrare praesumant) *celebratione Missarum.*

